

177

1

MONUMENTVM
 MEMORIAE SEMPITERNAE
 VIRI
 MAGNIFICI, EXCELLENTISSIMI,
 EXPERIENTISSIMI,
 DOMINI
 CHRISTIANI
 GOTTFRIED
 STENTZELII,

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTO-
 RIS, PATHOLOGIAE ET CHIRURGIAE PROFESSO-
 RIS PVBLICI ORDINARII, FACVLTATIS MEDICAE
 ASSESSORIS,

COLLEGAE DESIDERATISSIMI,

D. XX. IVNII CIOIOCCXLVIII
 PLACIDAM MORTEM OBEVNTIS
 L. M. Q. P.

ORDO MEDICVS VITEMBERGENSIS
 INTERPRETE
 GEORGIO AVGVSTO LANGGVTH D.
 ANATOM. ET BOTANIC. P. P.

VITEMBERGAE
 EX OFFICINA EICHSFELDIA.

AK





† † †
Confulit in vitam longam Podalirius. Artem
Hanc, male sanus erit, qui putet esse le-
uam.
Viuere namque bonum est ex omnibus vndique fum-
mum:

Vita omnis sola est fons et origo boni.

Non tua, diuitiae, non sunt tua vota, voluptas:

Vnica votorum, viuere, fumma manet.

Sit tibi fummus honor; totus tibi pareat orbis;

Vita caduca fugit: puluis et vmbra fumus.

At grauior longe, multoque salubrior, ars est,

Aeternum quae te viuere posse docet.

Viuere, non vera est, vel millia saecula, vita;

Est, nisi fine caret, saecula mille mori.

O nos felices! artem callemus vtramque:

Viuere, post mortem et viuere, scire decet.

Viuius et morimur. Viuendo discere mortem;

Discere, dum moreris, ne moriari; iuuat.

Viuius. Vt longae viuamus tempora vitae.

Vt recte valeas: hoc medicina docet.

Sed morimur. Morte vt vitam sine fine futuram

Discamus: sanctae est relligionis opus.

Calluit has quondam STENTZELIVS inclytus artes;

Flebile nunc CIVIVS NOMINA carmen habet.

Ipse sibi Medicus, medica celeberrimus arte,

Vixit: et in fragili corpore sanus erat.

Confilio multos iuuit: medicamine plures

Eripuit manibus, mors furibunda, tuis.

Discipulos artem docuit facundus eandem:

Perpetuus doctor per sua scripta cluet.

Sic tibi, sic aliis, vixit STENTZELIVS. Atque

Sic, Viteberga, tibi gloria magna fuit.

Sed viuens moritur. Quid enim meditatio mortis?

Nonne est perpetuo, sed sine morte, mori?

Est Medicus: nouit subtilia stamina nostri

Corporis; atque Dei, viuere, munus habet.

Est Medicus: nouit cum vita praelia mortis;

Densa necis, vitae rara, tropaea videt.

Est Medicus: sentit fractas in corpore vires;

Sed reparare nequit: plus valet arte malum.

Est Medicus: tandem, praesaga mente futuri,

Vt tua, cygne, canis, fata propinqua canit.

Sic est viuendi, moriendique, arte peritus:

Dum viuuit, moritur; morte beatus abit.

O TE felicem! per tot discrimina vitae,
STENTZELI, coelum, gaudia summa, petis.
Nunc veram viuis vitam, sed sine carentem:
Quam trahimus, non re, nomine vita fere est,
Si quid et in terris vita est, TV viuere perges:
Parta TIBI ingenio fama perennis erit,
In Natis viues, Patris vestigia, Auique,
Pulchra sequuntur: quos imitentur, habent,
Ciuibus in nostris viues; laudesque manebunt,
Donec florebit Leucoris ipsa, TVAE.
In nobis tandem viues, quos arsque, laborque,
Quos TIBI coniunxit foedus amicitiae.
Parte TVA semper viues meliore superstes:
Corporis exuias haec monumenta tegant:

HIC. LAPIS. OSSA. TEGIT. STENTZELI. SISTE. VIATOR,

AD. MEDICI. TVMVLVM. BINAQVE. VERBA. GRADVM,

IPSE. SIBI. MEDICVS. VIXIT. STENTZELIVS. IPSE,

DVM. VIVIT. MORITVR. ΤΟΥΤΟ. ΔΕ. ΠΑΝΤΑ. ΑΚΕΙΝ,



Hic Medicus: tandem, praesaga mente futurum,
Vt tunc, cigne, suis, propolis, canit.
Sic est vident, monendique, are peritus:
Dum vinct, mortuus, more beatus agit.

78 M 399

(X2258744)

10/17

MONUMENTVM

MEMORIAE SEMPITERNAE

VIRI

MAGNIFICI, EXCELLENTISSIMI,
EXPERIENTISSIMI,

DOMINI

CHRISTIANI

FRIEDRICH

ANTZELII,

PHYSICAE ET MEDICINAE DOCTOR

PHYSICAE ET CHIRVRGIAE PROFESSOR

PUBLICUS, FACVLTATIS MEDICAE
ASSESSORIS,

PHYSICAE DESIDERATISSIMI,

IVNII CIOIOCCXLVIII

AM MORTEM OBEVNTIS

L. M. Q. P.

CVS VITEMBERGENSIS


INTERPRETE

AVGVSTO LANGGVTH D.

PHYSICAE, ET BOTANIC. P. P.

VITEMBERGAE

IN ACADEMIA- EICHSFELDIA.



AK

